Eiuſdem de diuiſionibus liber Incipit.

Quaʒ magnos ſtudioſis
afferat fructus ſcientia
diuidendi: quāq; apud
peripateticam diſcipli
nam ſemper hec fuerit
in honore notitia: docʒ
⁊ Andronici diligentiſ-
ſimi ſenis de diuiſione
liber editus: ⁊ hic idem
a Plotino grauiſſimo
philoſopho comproba
tus: ⁊ in libri Platoniſ
q ſophiſtes īſcribit cō-
mentarijs a Porphirio repetitus: ⁊ ab eodeʒ ꝑ hāc
ītroductionis laudata in Cathegorias vtilitas. Dicit
enim fore neceſſariā generis ſpeciei differentie pro-
prij accidentiſq; peritiam: tum propter alia multa: tū
propter vtilitatem que eſt maxima partiendi. Quare
quoniam maxim⁹ vſus facilimaq; doctrīa ē ego quo
q; id ſicut pleraq; omnia romanis auribus tradens ī
troductionis modo habita in eandem rem competen
ti ſubtiliq; tractatione ⁊ moderata breuitate perſcri
pſi: vt nec anxietas deciſe orationis ⁊ non perfecte ſē
tentie: legentium mentibus ingeratur: nec ſuperua-
cuam loquacitatem harum reruʒ inexpertes rudes ī
ſolerteſq; noui audientium mentes habere eſt equuʒ
Nec vllus liuor: id quod ⁊ arduum natura eſt ⁊ igno
tū noſtris. nobis aūt magno labore ⁊ legentiū vtili-
tate digeſtū: obliqs morſib⁹ obtrectationis obfuſcet.
Dentq; potius viaʒ ſtudijs nūc ignoſcendo: nūc ēt cō
probando q̄ʒ frena bonis artibus ſtringant: dū qcq̄d
nouū eſt īpudenti obſtinatione repudiāt. Quis enim
nō videat plurimū ad bonarū artiū defectū valere:
ſi apud mentes hominū nūq̄ʒ ſit deſperatio diſplicien
di. Sed hec hactenus. Nunc diuiſionis ipſi⁹ nomē di
uidēdū ē: ⁊ ſm vnūqdq; diuiſiōis vocabulū vniuſcu-
iuſq; ꝓpoſiti ꝓprietates ꝑteſq; tradende ſunt. Diui
ſio nāq; multis modis dicit̄. Eſt. n. diuiſio gn̄is ī ſpe
cies. Eſt rurſus diuiſio quū totū ī proprias diuidit̄ ꝑ
tes. Eſt alia cū vox ſignificans multa ī ſignificatiōes
ꝓprias recipit ſectionē. Preter has aūt tres ē alia di
uiſio que ſm accidēs fieri dicit̄. Huius aūt ē triplex
modus: vnus cū ſubiectum ī accidētia ſeparamus. al
ter cuʒ accidēs ī ſubiecta diuidimus. Tertius cū acci
dens in accidentias ſecamus. hoc ita fit: ſi vtraq; eidē
ſubiecto ineſſe videantur. Sed harum omniuʒ exem
pla ſubdenda ſunt quatenus huius totius ratio diui-
ſionis eluceſcat. Genus diuidim⁹ ī ſpēs: cū dicim⁹
aīaliū alia ſunt rationalia: alia irrationalia. Rationa
liū alia mortalia alia īmortalia. Uel cuʒ dicim⁹ colo-
ris alia qdē alba ſunt: alia nigra: alia media. Opʒ āt
omnem diuiſionē generis in ſpecies: aut in duas par
tes fieri: aut in plures. Sed neq; infinite ſpecies eſſe
generis poſſunt. nec minus duabus. Hoc autem cur
eueniat poſterius demonſtrandum eſt. Totum vō
in partes diuiditur: quotiens in ea: ex quibus eſt com
poſitum: vnumquodq; reſoluimus: vt cum dico do-
mus aliud eſt tectum: aliud paries: aliud fundamen-
tū: ⁊ hominē cōiūgi aīa ⁊ corpore. Cūq; hominis dici
mus partes eſſe Catonem Uirgilium Ciceronē ⁊ ſin
gulos: qui cū particulares ſint: vim tamen totius ho-
minis iungunt atq; cōponūt. Neq;. n. homo gen⁹ nec
ſinguli homines ſpecies: ſed partes quibus totus hō
coniungitur. Uocis autem in ſignificationes pro-
prias diuiſio fit: quotiens vna vox multa ſignificans
aperitur: ⁊ eius pluralitas ſignificationis oſtendit̄
vt cū dico canis qđ eſt nomē: ⁊ hūc q̄drupedē latra
bilemq; deſignat: ⁊ celeſtem q̄ ad orionis pedeʒ mor
bidum micat. Eſt quoq; alius marinus canis qui ī im
moderatam corporis magnitudinē creſcēs ceruleus
appellatur. Sed huius diuiſionis duplex modus eſt.
Aut enī vnū nomē multa ſignificat: aut oratio iaʒ no
minibus verbiſq; compoſita: ⁊ nomen quidem multa
ſignificat: vt id qđ ſupra poſui. oratio vō multa deſi-
gnat. vt eſt aio te eacida romanos vincere poſſe. ⁊ no
minis quidem per ſignificationes proprias diuiſio eq
uocationis partitio nuncupatur. orationis vō in ſigni
ficationes ꝓprias diſtributio ambiguitatis diſcretio
ē quā greci āphiboliā vocant: ita vt nomen multa ſi-
gnificans equiuocū. oratio vō multa deſignans āphi
bola atq; ambigua predicet̄. Eox aūt q̄ ſm accidēſ
diuidūt̄: ſubiecti in accidētia diuiſio eſt vt cū dicim⁹
omnium hominum alij ſunt nigri: alij ſunt candidi:
alij medij coloris. Hec. n. accidētia ſunt hominib⁹ nō
horum ſpecies: ⁊ homo his ſubiectum non horuʒ ge
nus ē. Accidentis vero in ſubiecta ſectio euenit: vt
eſt omnium que expetuntur: alia in anima alia ī cor
poribus ſita ſunt. Anime namq; atq; corpori id quod
expetitur: accidens non genus eſt. vt boni quod eſt ſi
tum in anima: ⁊ in corpore nō ſunt hec ſpecies ſʒ ſub
ſtantia. Accidentiuʒ vō in accidentia diuiſio eſt: vt
omnium candidoruʒ alia ſūt dura vt margarita: alia
liquentia: vt lac. Liquor nāq; ⁊ albedo atq; durities
hec ſunt accidentia. Sed album in dura atq; liquida
ſeparatum eſt. Cum ergo ſic dicimus accidens: ī alia
accidentia ſeparamus. ſed huiuſmodi diuiſio viciſſiʒ
ſemper in alterutra permutatur. Poſſumus eniʒ di
cere eox que dura ſūt alia ſūt nigra alia alba. ⁊ rur-
ſus eox que liquida ſūt alia ſunt alba ⁊ alia ſūt nigra
Sed hec rurſus conuerſa diuidimus eorum que ſunt
nigra alia ſunt liquentia: alia dura. ⁊ eorum que ſunt
alba: alia ſunt liquentia: alia ſunt dura. Differt aūt
huiuſmodi diuiſio ab omnibus que ſupradicte ſunt.
Nam neq; ſignificationem partiri poſſumus in voceſ
vbi vox in proprias ſignificationes diſcernatur. Nec
partes in totum diuiduntur: q̄ʒuis totum ſeparetur ī
partes: nec ſpecies ſecantur in genera: licet genus in
ſpecies diuidatur. Quod vero ſuperius dictum ē hāc
diuiſionem ita fieri: ſi vtraq; contingerent eidem in
eſſe ſubiecto: ſi attentius perſpicitur liquet. Nam cū
dicimus eorum que ſunt dura alia eē alba: alia nigra
vt eſt lapis atq; ebenus: manifeſtū eſt ebeno vtraq;
ieſſe ⁊ duritiē ⁊ nigredinem. In ceteris quoq; id dili
gēs lector inueniet. Quibus autē ſumma operatio
veritatis inqrit̄ his prius intelligendū eſt que ſit oīm
horum proprietas ſimul quibuſq; inter ſe ſigillatim
differentijs ſegregentur. Oīs. n. vocis ⁊ generis to-
tiuſq; diuiſio ſm ſe diuiſio nuncupatur. Relique vō
tres in accidentis diſtributione ponunt̄. Secundū ſe
aūt diuiſiōis huiuſmodi differentia eſt. Differt enim
diuiſio generis a vocis diuiſione: ꝙ vox quidem in ꝓ
prias ſignificationes ſeparatur. Genus vero non in
ſignificationes: ſed in quaſdam a ſe quodammodo ꝓ
creationes diſiūgit̄: ⁊ genus ſemꝑ ſpeciei proprie to-
tum eſt: vt vniuerſalius in natura: equiuocatio vero
vſior qdē ſignificata re dicit̄ tm̄ ī voce: nō etiā totū ī
natura. Illo quoq; modo a vocis diſtributōe diuidit̄
ꝙ nihil habent commune preter ſolum nomen que

ὁμώνυμος φωνὴ εἰς διαφορα σημα

ὁμώνυμος ἀμφιβολία

ὡς γένος εἰς εἴδη
ὅλον μέρη
ὁμώνυμος φωνὴ διάφορα σημαινόμενα
ὡς οὐσία εἰς συμβεβηκός
συμβεβηκὸς οὐσίαν
συμβεβηκὸς συμβεβηκότα

ſub voce ſunt. Que vero ſub genere collocantur: ⁊ no
men generis ⁊ definitionem ſuſcipiunt. Amplius quo
qꝫ non eadem apud omnes vocis diſtributio eſt. Qđ
enim apud nos dicitur canis cum eius multe ſignifi-
cationes in lingua romana ſint ſimpliciter fortaſſe ꝑ
dicatur in barbara: cum ea que apud nos vno nomi-
ne nuncupantur: illi pluribus fortaſſe ſignificent. Ge
neris vero apud omnes eadem diuiſio diſtributioqꝫ
permanet. Unde fit vt vocis quidem diuiſio ad po-
ſitionem conſuetudinemqꝫ pertineat: generis vero
ad naturam. Nam quod apud omnes idem eſt natu-
re eſt Conſuetudinis vero eſt: quod apud aliquos ꝑ-
mutatur. Et hec quidem ſunt differentie generis di-
ſtributionis ⁊ vocis. Generis quoqꝫ ſectio a totiꝰ di-
ſtributione ſeiungitur: ꝙ totius diuiſio ſm̄ quanti-
tatem fit. Partes enim totam ſubſtantiam coniūgē
tes actu: aut ratione animi ⁊ cogitatione ſeparantur
Generis vero diſtributio qualitate perficitur. Nam
cum hominem ſub animali locauero: tunc qualitate
diuiſio facta eſt. Quale namqꝫ animal ē homo: iccir-
co quoniam quadam qualitate formatur. Unde qua-
le animal ſit homo interrogatus reſpondebit aut ra-
tionale aut certe mortale. ¶ Amplius genuſ omne na
turaliter prius eſt proprijs ſpeciebus: totum autem
proprijs partibus poſterius eſt. Partes autem que
totum coniungūt: ſed compoſiti ſui perfectionē alias
natura tm̄ alias ratione quoqꝫ temporis antecedunt.
Unde fit vt genus in poſteriora. totum vero in prio-
ra ſoluamus. Hinc quoqꝫ illud vere dicitur: ſi genus
interimatur ſtatim ſpecies deperire. Si ſpecies inte-
rempta ſit: non peremptum genus in natura conſiſte
re. Contra euenit in toto. Nam ſi pars totius perit:
totum non erit cuius pars vna ſit interempta. Sed ſi
totum pereat partes permanent diſtribute: vt ſi de ī
tegra domo quis abſtulerit tectum totum quod ante
fuit interimit. Sed perempto toto parietes: ⁊ funda
menta conſtabunt. ¶ Amplius quoqꝫ genus ſpeciebꝰ
materia eſt. Nam ſicut es accepta forma tranſit ī ſta
tuam: ita genus accepta differentia tranſit in ſpecieꝫ
Totius vͦo partium multitudo materia eſt forma vͦo
earundem partium compoſitio. Nam ſicut ſpecies cō
ſtat ex genere ⁊ differentia: ita totum conſtat ex par
tibus: vnde fit vt totum ab vnaquaqꝫ parte ſua par-
tium ipſarum compoſitione differat: ſpecies vero a
genere differentie coniunctione. Amplius quoqꝫ ſpe-
cies idem quod genus eſt vt homo eſt idem quod ani
mal: ⁊ virtus idem eſt quod habitꝰ. Partes vero nō
ſemper idem ſunt quod totum. Neqꝫ eniꝫ manus idē
eſt quod homo: nec idem paries quod domus. Et in
his que diſſimiles partes habent. hoc clarum eſt.
Sed non eodem modo in his que ſimiles habent
partes: vt in eris virgula: cuius partes que ſunt
continue quoniam eiuſdem ſunt eris: videntur idem
eſſe quod totum eſt: ſed falſo fortaſſe enim idem ſunt
partes huiuſmodi in ſubſtantia non etiam in quanti
tate. ¶ Reſtat autem vocis ⁊ totius diſtributiōis dif
ferentias dare. Differunt autem ꝙ totum quideꝫ cō
ſtat ex partibus. Uox vero non conſtat ex his que ſi-
gnificat: ⁊ fit totius diuiſio quidē in partes: vocis au
tem non fit in partes: ſed in eas res: quas ipſa vox ſi-
gnificat. vnde fit vt ſublata parte vna totum pereat:
ſublata vna re quam vox ſignificat multa deſignans:
vox illa permaneat. ¶ Nunc ergo quoniam ſm̄ ſe di
uiſionis differentie dicte ſunt: generis diſtributio ꝑ-
tractetur. Primum quideꝫ genus quid ſit diffinien-
dum eſt. Genus eſt quod predicatur de pluribus ſpe
cie differentibus in eo quid eſt. ſpecies vero eſt quā
ſub genere collocamus. Differentia eſt: qua aliud ab
alio diſtare proponimus. Et eſt quidem genus quod ī
terroganti quid queqꝫ res ſit: conuenit reſponderi.
Differentia eſt que ad qualis percunctationeꝫ rectiſ
ſime reſpondetur. Nam cum quis interrogat quid ē
homo. recte animal. Qualis eſt homo conuenienter
rationalis reſpondetur. ¶ Diuiditur autē genus aliaſ
in ſpecies: alias ī differentias: ſi ſpecies quibus opor
tet genus diuidi nominibus carent: vt cum dico ani-
malium alia rationalia ſunt: alia irrationalia. Ratio-
nale ⁊ irrationale ſunt differentie. Sed quoniam ſpe
ciei huius que eſt animal rationale: nomen vnum nō
eſt: iccirco pro ſpecie differentiam ponimus: eāqꝫ ſu-
periori generi copulamus. omnis enim differentia in
proprium genus veniens ſpeciem facit. Unde fit vt
materia quedam genus ſit forma differentia. Cuꝫ au
tem proprijs nominibus ſpecies appellatur: nō in dif
ferentias ſed in ſpecies fit recta generis diuiſio: vnde
eſt vt ex pluribus terminis diffinitio colligatur. Si
enim omnes ſpecies ſuis nominibus appellarentur:
ex duobꝰ ſolis terminis omnis fieret diffinitio: vt cū
dico quid eſt homo quid mihi neceſſe eſſet dicere ani
mal rationale mortale: ſi animal rationale eſſet pro-
prio nomine nuncupatum: quod cum reliq̄ quoqꝫ dif-
ferentia ideſt mortali iunctum diffinitionē hominis
veriſſima ratione ⁊ integra concluſiōe ꝑficeret. Nūc
autem ad diffinitiōes ſpecieꝝ integras diuiſio neceſ-
ſaria ē: ⁊ fortaſſe ī eodē diuiſionis ⁊ diffinitiōis ratio
verſatur. Nā diuiſionibus iunctis vna cōponitur dif
finitio ¶ Sed qm̄ alia ſunt equiuoca alia vniuoca: ⁊ q̄
ſunt vniuoca ipſa in geneꝝ ſuſcipimus ſectiōes. Que
vͦo ſunt equiuoca in his diuiſio ſola ſignificationis ē.
videndum eſt prius quid ſit equiuocū quid vniuocū
ne cum iſta fefellerint equiuocum nomē quaſi in ſpe
cies: ita in ſignificatiuas voces reſoluamus. vnde fit
vt rurſus ad diuiſionē neceſſaria ſit diffinitio. Quid
enim ſit equiuocum quid vniuocum diffinitione colli
gimus. ¶ Sunt autem differentie alie per ſe: alie ve-
ro per accidens: ⁊ harum alie ſunt conſequentes ſta-
tim: alie relinquentes ſtatim. Relinquentes huiuſmo
di ſūt: vt dormire vel ſedere vel ſtare vel vigilare ꝯſe
quētes vͦo vt capilli criſpi: ſi n̄ ſūt amiſſi: ⁊ glauci ocu
li: ſi nō ſint q̄dā extrīſecus debilitate turbati. Sꝫ hec
ad diuiſionē generis ſumēda nō ſūt. Neqꝫ. n. ad diffi-
nitiones ſūt cōmoda. oē. n. qđ ad diuiſioneꝫ generis
aptū ē idē ad diffinitionē rectiſſime cōgregamus. Il
la vͦo q̄ ꝑ ſe ſunt ſola ad diuiſionē generis apta ſunt.
Hec. n. īformāt ⁊ ꝑficiūt vniuſcuiuſqꝫ ſubſtātiaꝫ: vt
hoīs rōnalitas ⁊ mortalitas. Sꝫ has quēadmodū pro
bare poſſimus vtꝝ ex eo ſint genere ſtatiꝫ reliquētiū
an ꝯſequētiū: an ī ſubſtātia ꝑmanētiū hoc mō ē vidē
dū. Neqꝫ. n. ſufficit ſcire quas ī diuiſiōe ſumamꝰ: niſi
illud quoqꝫ cognitū ſit: quēadmodū eaſdē ipſas q̄ ſu-
mēde: ⁊ que reijciēde ſūt rectiſſime cognoſcamꝰ. Ui-
dēdū ergo primū ē: vtꝝ propoſita differentia oī poſ-
ſit: ⁊ ſemꝑ ineſſe ſubiecto. ꝙ ſi ipſa vel actu vel rōne
ſeiūgiť: hec a diuiſiōe generis ſeparāda ē. Si. n. ſepe
⁊ actu ⁊ rōne ſeiūgūť: ex eoꝝ genere ſūt: q̄ ſtati reli-
quūt: vt ſedere qđ frequētiꝰ qdē ſepať ⁊ actu ipſo a
ſubiecto diuidiť. Que vͦo rōe ſola a ſubiecto diuidūť
ea ſūt ꝯſeq̄ntiū differentiaꝝ: vt glaucis oculis eſſe a
ſubiecto rōe ſeiūgimꝰ: vt cū dico aīal ē luminibꝰ glau
cis: vt quilibꝫ hō. ꝙ ſi hic non eſſet hmōi: non cū res
aliqua

aliqua eſſe hominem prohiberet. Aliud rurſus eſt qđ non poſſit ratione ſeparari: quod ſi ſeparatū ſit: ſpecies interimatur. vt cum dicim⁹ ineſſe homini vt ſolus numerare poſſit: vel geometriā diſcere. q̄ ſi hec poſſibilitas ab homine ſeiūgitur: homo ipſe nō permanet. Sed he non ſtatim earum differentiarū ſūt que ſubiecto inſunt. Nam non iccirco homo eſt quoniam hec facere poteſt: ſed quoniam rationalis eſt atq̄ mortalis. He igitur differentie per quas ſpēs conſiſtit: ipſe ꝛ in diffinitiōe ſpeciei: vt hominis: ꝛ in generis eius diuiſione: quod continet ſpeciem vt ipſum hominem collocantur. ꝛ vniuerſaliter dicendum eſt: quecunq̄ differentie huiuſmodi ſunt: vt non modo preter eas ſpecies eſſe non poſſit: ſed per eas ſolas ſit he vel in diuiſione generis: vel in ſpeciei diffinitione ſumende ſunt. ¶ Quoniam vero quedam ſunt: q̄ differunt: que contra ſe in diuiſionibus poni non debēt vt in animali rationale ꝛ bipes. Nullus enī dicit animalium alia ſunt rationalia: alia duos pedes habentia: iccirco q̄ rationale ꝛ bipes licet differant: nulla tamen a ſe oppoſitione ſeiunguntur. Conſtat quecunq̄ a ſe aliqua oppoſitione differunt eas ſolas differētias ſub genere poſitas: genus ipſum poſſe diſiungere. Sunt autem quattuor oppoſitiones: aut vt contraria: vt bonum malo: aut vt habitus ꝛ priuatio: vt viſus ꝛ cecitas. Quamq̄ꝫ ſint ꝛ quedam res: in quibus diſcernere difficultas ſit: vtrum in contrarijs an ī priuatione ꝛ habitu eas oporteat collocari: vt ſunt motus: quies: ſanitas: egritudo: vigilatio: ſomnus: lux tenebre. Sed hec alias nunc de reliquis oppoſitionib⁹ dicendum eſt. Tertia oppoſitio eſt que eſt ſm affirmationem ꝛ negationem: vt So. viuit: So. non viuit Quarta que ſm relationem vt pater filius: dominus ſeruus. Secundum quas igitur harum oppoſitionū quattuor diuiſio generis ſit: rectiſſima ratione monſtrandum eſt. Manifeſtum eſt enim ꝛ oppoſitiones eē quattuor: ꝛ genera ꝛ ſpecies ꝑ oppoſita ſeparari. Nunc ergo dicendum eſt: ſm quam oppoſitionem harum quattuor vel quemadmodum ſpecies a genere diſiungi conueniat. ꝛ prima quidem ſit oppoſitio contradictioni. Voco autem contradictionis oppoſitionem: que affirmatione ꝛ negatione proponitur. In hac igitur negatio per ſe nullam ſpeciem facit. Nam cum dico homo vel equ⁹: vel aliquid huiuſmodi ſpecies ſunt. Quicquid autem negatione quis protulerit ſpeciem non declarat. Non eſſe hominem ſpecies nō eſt. omnis enim ſpecies conſtituit eſſe. Negatio vero quicquid proponit ab eo quod eſt eſſe diſiūgit: vt cū dico homo quaſi ſit quiddam locutus ſum. Cum vero non homo ſubſtantiam hominis negatione deſtruxi. Sic igitur per ſe caret diuiſio generis in ſpecies negatione. Neceſſe eſt autem ſepe ſpeciem negatione componere: cum ea quam ſimplici nomine ſpeciē volumus deſignare: nullo vocabulo nuncupatur: vt cū dico imparium numerorum alij ſunt primi vt tres quinq̄ ſeptem. Alij non primi vt nouem. ꝛ rurſus figurarum alie ſunt rectiſſime: alie non rectiſſime: ꝛ colorū alij ſūt albi alij nigri: alij nec albi nec nigri. Ergo q̄m vnum nomen ſpeciebus poſitū non eſt: eas negatiōe proferre neceſſe eſt. Hoc igitur cogit interdū neceſſitas non natura. Ideoq̄ quotiens negatione facim⁹ ſectionem: prius aut affirmatio: aut ſimplex dicendū eſt nomen: vt eſt numerorum: alij ſunt primi: alij nō primi. Nam ſi prius negatio dicta ſit: tardior ſit ei rei quam proponimus intellectus. Nam cum primū dicis eſſe aliquos primos numeros: cum quales ſint primi exemplo vel diffinitione docueris: quales non ſūt primi: mox auditor intelligit. Sin vero contrario feceris: aut neutrū ſubito: aut tardius vtrumq̄ cognoſcet. Diuiſio enim que propter apertiſſimam generis naturam reperta eſt: debet potius ad intelligibiliora deducere. Amplius quoq̄ prior eſt affirmatio: poſterior vero negatio. Quod autem primum eſt: in diuiſione quoq̄ primitus oportet ordinari. Neceſſe quoq̄ eſt ſemper infinitis finita eſſe priora: vt equale inequali: virtutem vitijs: certum incerto: ſtabile ꝛ fixū inſtabili ꝛ mutabili. Sed omnia que aut deſinita parte orationis aut affirmatione proferuntur: plus finita ſunt: q̄ꝫ aut nomen cū particula negatiua: aut tota negatio. Quare finito potius q̄ꝫ infinito eſt facienda diuiſio. Sed ſi cui per hec quedam paretur anxietas aut obſcuriora ſunt fortaſſe q̄ꝫ ipſe deſiderat: nihil ad me facilem cognitionem pollicentem. Neq̄ enī rudibus hec totius artis: ſed imbutis ꝛ vlteriore pene loco progreſſis legenda ꝛ diſcenda proponimus. Qui vero hui⁹ operis. i. dialectici ordo ſit: cum de ordine peripatetice diſcipline mihi dicendum eſſet: diligenter expoſui. Hec quidem dicta ſunt de oppoſitione quam affirmatio ꝛ negatio conſtituit. ¶ Illa vero que ſm habitum priuationemq̄ ſit: ipſa quoq̄ videtur ſuperiori eſſe conſimilis. Negat enim quodā modo priuatio habitus: ſed differt q̄ ſemper quidem poteſt eſſe negatio. priuatio autem non ſemper: ſed tūc quando habere habitum poſſibile ē. hoc vero nos iā predicamenta docuere. Quare forma quedam intelligitur eſſe priuatio. Non enim tm̄ priuat: ſed etiam certa ſeipſam priuatum quēq̄ diſponit. Neq̄ enim cecitas oculum ſolum priuat lumine: ſed ipſa quoq̄ ſm ſe priuatum luce diſponit. cecus enim dicitur ad priuationem quodammodo diſpoſit⁹ ꝛ affect⁹. hoc quoq̄ Ariſtoteles teſtatur in phyſicis. Unde ſit vt priuationis differentia ad generis diuiſionem frequenter vtamur. Sed hic quoq̄ eodem modo ſicut in contradictione faciēdū eſt. prius. n. ponendus eſt habitus q eſt affirmationi conſimilis. poſt vero priuatio que negatiōi. Aliquotiens tamen priuationes quedam habitus vocabulo ꝓferuntur: vt orbus: cecus: viduus. Aliquotiens tamen ꝑticula priuatiōis: vt cū dicim⁹ finitum īfinitum: ꝛ equale: inequale. Sed in his equale: ꝛ finitū ī diuiſione ponenda ſunt prima priuationis ſecunde. Ac de oppoſitione quidem priuationis ꝛ habitus hec dicta ſufficiant. ¶ Cōtrariorꝫ vō oppoſitio dubitatur fortaſſe an ſm priuationē ꝛ habitū eē videatur vt album ꝛ nigrum: an albū qdē priuatio nigri ſit nigrum vō albi. Sed hec alias. Nunc autem ita tractandū ē tāq̄ꝫ ſi ſit aliud oppoſitionis genus: ſicut eſt ꝑdicamētis ab ipſo quoq̄ Ariſtotele diſpoſitum. In cōtrarijs aūt generꝫ multa diuiſio eſt. fere enim cunctas differētias ī cōtraria ducim⁹. Sed quoniam cōtrariorū alia ſūt medio carētia: alia mediata: ita quoq̄ diuiſio faciēda ē: vt colorū: alia ſūt nigra: alia ſūt alba: alia neutra. fieret autem oīs diffinitio: oīſq̄ diuiſio duobus terminis niſi (vt ſupra dictum eſt) indigētia que ſepe exiſtit in nomine prohiberet. Quo āt mō vtreq̄ duobus terminis fierent: erit manifeſtum hoc mō. Cū. n. dico aīaliū alia rōalia ſūt: alia irrationalia: aīal rationale ad hominis diffinitionem cōtendit. Sed quoniā aīalis rōnalis vnū nomen nō eſt poſitū ponam⁹ ei nomen. a. litteram. Rurſus. a. littere qđ eſt animal rationale: alia mortalia ſunt: alia īmor

talis. Volentes igiť diffinitionē hominis reddere di
cemus homo eſt.a.mortale. Nam ſi ē hominis diffini
tio aial rationale mortale: aial vō rōnale per.a.litte
ram ſignificatur. idem ſentit.a.mortale tanq̄ ſi dice
retur animal rationale mortale.a.enim(vt dictū ē)
animal rationale ſignificat. Sic ergo.a.littera ⁊ mor
tali duobus terminis facta eſt hominis diffinitio. q̄
ſi reperirentur ī omnibus quoq; nomina duobus ter
minis ſemper tota fieret diffinitio. Diuiſio quoq; no
minibus poſitis quoniam ſemper in duos terminos
ſeccatur: manifeſtum eſt: ſi quis generi ⁊ differentie
cum deeſt nomen imponat: vt cum dicimus figurarū
que ſunt trilatere: alie ſunt equilatere: alie duo latera
habentes equalia: alie tote ſequales ſunt. Trina igiť
diuiſio ſi ſic proferetur fieret duplex: figurarum que
ſunt trilatere: alie ſunt equales: alie inequales. Ineq̄
lium alie ſunt duo latera tm̄ habentes: alie tria ineq̄
lia ideſt omnia: ⁊ cum dicimus rerū omniū alia ſūt
mala: alia ſunt bona: alia indifferentia: que ſcilʒ neq;
bona neq; mala ſunt: ſed ſi ita diceretur gemlā fieret
diuiſio. Rerum omnium alia ſunt differentia: alia in
differentia. Differentium alia ſunt bona alia mala.
Ita ergo diuiſio omnis in gemina ſecaretur: ſi ſpecie
bus ⁊ differentijs vocabula non deeſſent. Quartam
vō oppoſitionem diximus que eſt ſm ad aliquid: vt
pater filius: dominus ſeruus: duplum dimidium: ſen
ſibile: ſenſus. Hec igitur nullam habent ſubſtantialē
differentiam: qua a ſe inuicem diſcrepent: imo potiꝰ
habent huiuſmodi cognationeʒ que ad ſe inuicem re
feruntur: ac ſine ſe eſſe non poſſunt. Nō eſt ergo ge
neris in relatiuas partes faciēda diuiſio: ſed tota hu
iuſmodi ſectio a genere ſeparanda eſt. Neq; enim ho
minis eſt ſpecies ſeruus aut dominus: nec numeri du
plum aut dimidium. Cū igitur quattuor ſint differen
tie oppoſitionum affirmationis. ⁊ negationis: ſi non
neceſſe eſt: ſemp tamē relationis reijciēda eſt diuiſio
priuationis ⁊ habitus: ⁊ contrariorum ſumende. Ma
xime autem contrarietas in differentijs ponenda eſt
nec non ⁊ priuatio iccirco quoniam quiddam contra
habitum cōtrarium videtur opponere: vt eſt finitū
⁊ infinitum. Quāq̄ enim priuatio ſit infinitū: tñ cō
trarij imaginatione formatur. Eſt quedam nāq;(vt
dictum eſt)forma. Dignum vō inquiſitu eſt: vtrum ī
ſpecies an in differentias recte genera diuidantur.
Diffinitio namq; diuiſionis generis eſt in ſpecies pro
ximas diſtributio. Oportet igitur ſm naturam diui
ſionis ſm diffinitionē in proprias ſpecies ſemper fie
ri generis diſgregationem. Sed hoc interdum fieri
nequit propter eam quam ſupra reddidimus cauſam
Multis enim ſpeciebus non ſunt nomina. Atq; ideo
quoniam quedam ſunt genera prima quedam vltima
quedam media: primum quidem vt ſubſtantia: vlti
mum vt animal: medium vt corpus: corpus nāq; ani
malis genus eſt: ſubſtantia corporis. Sed quemad
modum neq; ſuper ſubſtantiam quicq̄ inueniri po
teſt qd generis loco valeat collocari: ſic neq; ſub ani
mali: homo ſpecies namq; non genus eſt. Quare an
tiquior videbitur ſpeciei diuiſio: ſi indigētia nominū
non ſit. q̄ ſi his non habūdamus: genera prima vſq;
ad vltima conuenit in differentias ſeparare. Hoc au
tem ſit hoc modo: vt primum genus in ſuas differen
tias diſgregemus non in poſterioris: ⁊ rurſus poſte
rius in ſuas: ſed non in poſterioris. Neq; enim eedeʒ
ſunt differentie corporis que animalis. Si quis enim
dicat: ſubſtantia aliud corporale: aliud incorporale: re
cte diuiſionem fecerit. he namq; differentie proprie
ſubſtantie ſunt. Si vero dicat: ſubſtantiarum alia ſūt
animata: alia inanimata: hic non recte ſubſtantie dif
ferētias ſegregauit. Corporis namq; differentie he
ſunt non ſubſtantie ideſt ſecundi generis non primi.
Quare manifeſtum eſt ſm proprias differentias: nō
ſm poſterioris generis priorum generum diuiſioneʒ
faciendam eſſe. Quotiens autem genus aut in diffe
rentias: aut in ſpecies diſſoluitur: poſt diuiſionem fa
ctam mox diffinitiones: aut exempla ſubdenda ſunt.
Sed ſi qua diffinitionibus non abundet. ſatis eſt exē
pla ſubijcere: vt cum dicimus corporum alia ſunt ani
mata ſubijciamus vt homines vel feram. alia inani
mata: vt lapides: oportet autem diuiſionem quoq; ſi
cut terminum. neq; diminutam eſſe. neq; ſuperfluum
Nam neq; plures ſpecies q̄ ſub genere ſunt: oportet
apponi nec pauciores: vt in ſe ipſa diuiſio: ſicut termi
nus cōuertatur. conuertitur enim terminus ſic virtꝰ
eſt mentis habitus optimus. Rurſus mentis habitꝰ
optimus virtus eſt. ſic etiam diuiſio. omne eniʒ genꝰ
eorum aliquid que ſunt ſpecies erit. Rurſus quelibet
ſpecies proprium genus eſt. Fit autem generis eiuſdē
diuiſio multipliciter vt omnium corporum: ⁊ quecun
q; ſunt alicuius magnitudinis. Sicut enim circulum
in ſemicirculos: ⁊ in eos quos greci vocant tomeas:
nos diuiſiones poſſumus dicere: diſtribuimus: ⁊ te
tragonum alias ducta per angulum diametro in triā
gula: alias in parallelogramata: alias in tetragona ſe
paramus. Ita quoq; genus vt cum dicimus numero
rum alij ſunt pares: alij impares: ⁊ rurſus alij: primi
alij non primi. Triangulorū alia ſūt equilatera: alia
duo ſola latera equalia habentia: alia totis inequali
bus lateribus. ⁊ rurſus triangulorum alia ſunt recti
angula: alia acutos habentia tres angulos: alia obtu
ſi vniuſ. Sic igitur generiſ vnius fit multiplex diuiſio
Illud autem ſcire perutile eſt: quoniā genus vna quo
dammodo multarum ſpecierum ſimilitudo eſt: que
earum omnium conuenientiam ſubſtantialem mon
ſtret. atq; ideo collectiuum plurimarum ſpecierum
genus eſt. Diſiunctiue vero vnius generis ſpecies: q̄
quoniam differentijs informantur(vt dictum eſt)ic
circo ſub vno genere minus duabus ſpeciebus eē nō
poſſunt. omnis enim differentia in differentium plu
ralitate conſiſtit. Sed de diuiſione generis ⁊ ſpe
ciei perplura dicta ſunt. Hanc igitur inſiſtentibꝰ viaʒ
peremptor per diuiſionem generis ad ſpeciei diffini
tionem facultas aperitur. Oportet autem non ſolum
quas ad diffinitionem ſumamus differentias adiſce
re: ſed. ipſius diffinitionis artem diligentiſſima cogni
tione complecti. Et illud quidem an vlla poſſit diffini
tio demonſtrari: ⁊ quemadmodum per demonſtra
tionem valeat inueniri: ⁊ quecunq; de ea ſubtilius in
poſtremis analeticiſ ab Ariſtotele pertractata ſunt p̄
termittam. Solam tamen exequar diffiniendi regu
lam ¶ Rerum enim alie ſunt ſuperiores: alie inferio
res: alie medie. Superiores quidem diffinitio nulla
complectitur: iccirco q̄ earum ſuperiora genera inue
niri non poſſunt. Poſtre autem inferiores vt ſunt in
diuidua. ipſe quoq; ſpecificis differentijſ carēt. Quo
circa a diffinitione quoq; ſecluſe ſunt. Medie igitur
que ⁊ habent genera: ⁊ de alijs generibus: vel de ſpe
ciebus: vel de indiuiduis predicantur ſub diffinitione
cadere poſſunt. Data igitur huiuſmodi ſpecie que ⁊
genus habeat: ⁊ de poſterioribus predicetur: primo
eius ſumo genꝰ: ⁊ illius generis differentiaſ diuido ⁊

adiungo

adiūgo differentiā generi: ⁊ video vtruʒ illa iūcta cū
genere equalis poſſit eſſe cuʒ ſpecie ea: quā circūſcri
bēdā diffinitione ſuſcepi. q̄ ſi minor fuerit ſpēs: illaʒ
rurſus differētiā quā dudū cū genere poſueram⁹ q̄ſi
genus ponimus: eamq̄ȝ ī alias ſuas differētias ſepa-
ramus: ⁊ rurſus has duas differētias ſuperiori gene
ri cōiungimus: ⁊ ſi equauit ſpēm diffinitio ſpeciei eē
dicet̄. Si vō minus fuerit ſecūdas differētias rurſus
ī alias ſeparam⁹. Quas oēs cōiūgimus cū genere: ⁊
rurſus ſpeculamur: ſi oēs differentie cū genere eq̄les
ſint ſpēs: que diffinitur: ⁊ poſtremo totiens differen
tias differentijs diſtribuimus vſq̄ȝ duʒ oēs iuncte ge
neri ſpēm equali diffinitione deſcribant. Huius aūt
rei clariorē facient exempla notitiam hoc modo. Sit
enī nobis propoſitū qđ diffinire velim⁹ nomē vocabu
lū nōis de pluribus nōibus predicatur: ⁊ quedam ſpe
cies eſt continens ſub ſe īdiuidua. Diffinio ergo no-
men ſic. ſumo eius genus quod eſt vox: ⁊ diuido illud
vocum alie ſunt ſignificatiue: alie vō minime. vox nō
ſignificatiua nihil ad nomen. ⁊ enim nomē ſignificat.
Sumo ergo differentiā que ē ſignificatiua. ⁊ cū ge-
nere iūgo. i. cuʒ voce: ⁊ dico vox ſignificatiua: ⁊ tunc
reſpicio vtꝝ gen⁹ hoc ⁊ differētia nomini ſint equalia
Sʒ nōdū ſūt equalia. poteſt. n. vox ſignificatiua eē ⁊
nō eē nomē. Sunt enim quedā voces: que dolorē de
ſignāt alie que animi paſſiones naturaliter que nomi
na non ſūt vt īteriectiones. Rurſus ipſam vocem ſi-
gnificatiuaʒ in alias differentias diuido vocū ſignifi
catiuarum alie ſunt ſꝫm poſitionem hoīuʒ alie natu-
raliter: ⁊ vox quidē ſignificās naturaliter nihil ad no
mē: vox vō ſignificās ſꝫ poſitionē hoīuʒ nomini con
gruit. Quocirca has duas differētias ſignificatiuā ⁊
ſꝫm poſitionē iungo cū voce. i. cū genere: ⁊ dico nomē
eſt vox ſignificatiua ſꝫm placitū. Sed rurſus mihi nō
equatur ad nomen. Sunt nāq̄ȝ ⁊ verba voces ſignifi
catiue ⁊ ſꝫm poſitionem. Non igitur ſoli⁹ nominis dif
finitio eſt. Diſtribuo iterum differentiam que eſt ſꝫm
poſitionem. ⁊ dico ſꝫm poſitionem vocum ſignificati-
uarum alie cum tempore: alie ſine tempore: ⁊ differē
tia quidem cum tempore nomini non coniungitur: ic
circo q̄ verborum eſt ſignificare tempora: nominum
vō minime. Reſtat ergo vt congruat illa differētia q̄
eſt ſine tēpore. Jungo igitur has tres differētias ge
neri: ⁊ dico nomen eſt vox ſignificatiua ad placitum
ſine tēpore. Sed rurſus mihi nō plena cōcluſio diffi-
nitionis occurrit. poteſt. n. ⁊ vox ſignificatiua ⁊ ſꝫ po
ſitionē ⁊ ſine tēpore eē: ⁊ nomen nō eſſe vnū: ſed no-
mina iuncta que eſt oratio: vt Socrates cum Plato
ne ⁊ diſcipulis. ſʒ. quāq̄ȝ imperfecta ſit hec oratio: tñ
oratio ē. Quocirca vltima differētia que eſt ſine tem
pore: alijs itē differētijs diuidēda ē: ⁊ dicemus. vocū
ſignificatiuarū ſꝫm poſitionem ſine tempore: alie ſūt
quarum pars aliquid ſignificat. extra. hoc ꝑtinet ad
orationē: alie quarum pars nihil extra ſignificat. hoc
pertinet ad nomē. Nōis enim pars nihil extra ſignifi
cat. Fit ergo diffinitio ſic. Nomen ē vox ſignificatiua
ad placitū ſine tēpore: cui⁹ nulla pars extra ſignificat
ſeparata. Uides ne igitur q̄ȝ recta diffinitio conſtitu
ta ſit. Nā quod dixi vocem. a ceteris ſonis nomen di-
ſiunxi: q̄ ſignificatiuam appoſui: nomē ab nō ſignifi-
catiuis vocibus ſeparaui. q̄ ſꝫm placitum ⁊ ſine tēpo
re a naturaliter ſignificatiuis vocibus: ⁊ a verbis ꝓ-
prietas nominis diſiuncta eſt. q̄ eius partes nihil ſi-
gnificare extra propoſui: ab oratione diſiunxi: cuius
ꝑtes aliqđ ſeparate extra ſignificant. vnde fit: vt qđ-

cūq̄ȝ nomē fuerit: illa diffinitione claudatur: ⁊ vbicū
q̄ȝ hec oratio diffinitionis aptabit̄: illud eſſe nomē nō
dubites. Illud quoq̄ȝ dicendū eſt: q̄ genus in diuiſio
ne totuʒ eſt ī diffinitione pars. ⁊ ſic diffinitio eſt: q̄ſi
quedam partes totum coniungant: ⁊ ſic eſt diuiſio q̄ſi
totum ſoluatur in partes: ⁊ eſt ſimilis diuiſio generiſ
totius diuiſioni: diffinitio totius compoſitioni. Nam
q̄ȝ in diuiſione generis animal totum eſt hominis. In
tra ſe enim complectit̄ hominē. In diffinitione vero
pars eſt. ſpecies nāq̄ȝ genus cum alijs differentijs iū
ctuʒ componit: vt cū dico animaliū alia ſunt rationa
lia: alia irrationalia: ⁊ rurſus rationaliuʒ alia ſūt mor
talia: alia immortalia: aīal ratiōalis totū eſt: ⁊ rurſus
rōnale mortalis. ⁊ hec tria ſunt hoīs. Si vero in diffi
nitione dicam animal rationale mortale. tria hec vnū
hominē coniungunt. Quocirca pars ipſius hominis
⁊ genus ⁊ differentia reperitur. Sic ergo ī diuiſione
genus eſt totum ſpecies pars. Eodem quoq̄ȝ mō dif-
ferentie totū ſūt: ſpecies in quas ille diuiduntur: par
tes ſunt. In diffinitione vō ⁊ genus ⁊ differētie par
tes ſunt. Diffinita vō ſpecies totum. ſed hec hacte-
nus. Nunc de ea diuiſione dicim⁹ que ē totius ī ꝑtes
Hec enī erat ſecūda diuiſio poſt generis diuiſionem.
Qđ. n. dicim⁹ totū multipliciter ſignificamus. Totuʒ
nāq̄ȝ eſt quod cōtinuum eſt: vt corp⁹ vel linea vel ali-
quid huiuſmodi. Dicimus quoq̄ȝ totum quod nō con
tinuum ē: vt totū gregem: vel totū populum: vel to-
tum exercitum. Dicimus totum quod vl̄e eſt: vt ho-
minē vel equum. Hi. n. totum ſunt ſuarum partiū. i.
hominū vel equoꝝ: vnde ⁊ particularē vnumquēq̄ȝ
hominē dicimus. Dicit̄ quoq̄ȝ totum quod ex quibuſ
dam virtutibus conſtat: vt anime alia eſt potētia ſa-
piendi: alia ſētiendi: alia vegetandi. Tot igitur mōis
cū totuʒ dicatur: facienda eſt diuiſio totius. prio qdē
ſi ꝯtinuū fuerit in eas partes: ex qbus ipſum totū cō
ſtare perſpicitur. Aliter enī non fit diuiſio. Hominis
enī corpus in partes ſuas ita diuidimus ī caput: ī ma
nus: in toracem: ⁊ pedes: ⁊ ſi quo alio mō ī ꝓpas par-
tes fit recta diuiſio. Quoꝝ aūt multiplex eſt compoſi
tio: multiplex ē diuiſio: vt aīal quideʒ ſeparetur ī par
tes eas que ſibi ſiles hñt partes in carnes ⁊ oſſa. rur
ſus in eas que ſibi non habent ſimiles partes in ma-
nus in pedes. Eodē quoq̄ȝ mō ⁊ nauis ⁊ dom⁹. Libꝝ
quoq̄ȝ ī verſus atq̄ȝ hos in ſermones: hos autē in ſyl
labas: ſyllabas ī litteras ſoluimus. Itaq̄ȝ fit vt ſylla-
be ⁊ littere. ⁊ nōia: ⁊ verſus partes quedā totius li-
bri eſſe videāt̄. alio tñ modo accepte nō parteſ totius
ſed partes partiū ſūt. Opʒ aūt nō oīa ſpeculari quaſi
actu diuidantur: ſed q̄ſi animo ⁊ ratione: vt vinū aq̄
mixtum diuidimus in vina aque mixta hec actu. diui
dimus ēt in vinum ⁊ aquam: ex quibus mixtuʒ ē hec
ratione. hec enī iam mixta actu ſeparari nō poſſunt.
Fit aūt diuiſio totius ⁊ in materiam atq̄ȝ formā. Ali-
ter enī conſtat ſtatua ex ꝑtib⁹ ſuis: aliter ex materia ⁊
forma ideſt ex ere ⁊ ſpē. Similiter autem etiā tota il
la diuidenda ſunt: que continua non ſunt. eodē quoq̄ȝ
mō ⁊ ea que ſūt vl̄ia: vt hominū alij ſunt in Europa
alij in Affrica: alij in Aſia. Eius quoq̄ȝ toti⁹ qđ ex vir
tutibus conſtat: hoc mō facienda ē diuiſio aīe alia ꝑs
eſt in virgultis: alia in animalibus. ⁊ rurſus eius que
conſtat in aīalibus: alia eſt rationalis: alia ſenſibilis ē
Et rurſus hec alijs ſubdiuiſionibus diſſipantur. Sed
nō ē aīa hoꝝ gen⁹: ſʒ totuʒ. partes eniʒ he anime ſūt
ſed non. vt in quantitate: ſed vt in aliqua poteſtate ⁊
virtute. Ex his enī potentijs ſubſtātia anime iungit̄

vnde fit: vt quiddā ſimile habeant hmōi diuiſio: ⁊ generis: ⁊ totius diuiſioni. Nam ꝙ ſi quelibet pars eiuſ fuerit: anime predicatio eam ſequetur: ad generis diuiſionem referṫ: cuius vbicūqꝫ ſpecies fuerit: ipſum mox cōſequiṫ genus ꝙ aūt nō oīs aīa oīb⁹ partibus iungitur: ſed alia alijs: hoc ad totius naturam referri neceſſe ē. ¶ Reſtat vt de vocis in ſignificatiōes diuiſione tractemus. Fit autem vocis diuiſio tribuſ modis: Diuidiṫ enim in ſignificatiōes plures: vt equiuoca vel ambigua. Plures enim res vnum nomen deſignāt: vt canis. Plures rurſus vna oratio: vt cum dico grecos viciſſe troianos. Alio aūt mō ſꝫ modū. hec enī nō plura ſignificāt: ſed multis modis: vt cum dicim⁹ īfinitū vnā rē ſignificat: cui⁹ terminus īueniri nō poſſit. Sꝫ hoc dicimus aut ſm mēſurā: aut ſm multitudinē: aut ſm ſpēm ſm mēſurā: vt eſt īfinitū eē mūdum: magnitudine enī dicimus infinitū ſm multitudinem vt ē īfinitā eſſe corpoꝝ diuiſionē. infinitā nam qꝫ diuiſionū multitudinē ſignificam⁹. Rurſus ſꝫ ſpeciem: vt infinitas dicimus figuras. Infinite enim ſūt ſpēs figuraꝝ. Dicimus ēt īfinitū aliquid ſꝫ tēpus: vt infinitum dicimus mundū: cuius terminus ſm tēpus inueniri nō poſſit. Eodē quoqꝫ modo infinitū dicim⁹ deum: cuius superne uite terminus īueniri ſm tēpus non poſſit. Sic igitur hec vox nō plura ſignificat ſm ſe: ſꝫ multimode de ſingulis ꝑdicaṫ. vnū tñ ipſa ſignificat. Aliter vō modus ſm determinationē. Quotiēs enim ſine determinatione dicitur vox vlla: facit ī itellectu dubitationē: vt ē homo. hec enī vox multa ſignificat. Nulla. n. diffinitione cōcluſa audiētis ītelligētia multis captatur fructibus: erroribuſqꝫ traduciṫ. Qđ. n. quiſqꝫ auditor ītelligat: vbi id quod dicens loquiṫ nulla determinatione cōcludit. Niſi. n. qſ ita diffiniat dicēs. Oīs hō ābulat: aut certe qdā hō ābulat: ⁊ niſi hūc noīe ſi ita cōtingit deſignet. Intellectus audientis qđ rōnabiliter intelligit nō hꝫ. Sūt ēt alie determinationes: vt ſi qs dicat: da mihi: qđ dare debeas: nullus ītelligit niſi ītellect⁹ ⁊ certa ratio addaṫ determinatiōis: vel ſi qs dicat ad me veni: quo veniat: vel qñ veniat niſi determinatiōe non cognoſciturus. Eſt āt qdē oē ābiguū dubitabile: non oē tñ dubitabile ē ābiguum. Hec. n. que dicta ſunt dubitabilia quidem ſūt nō tñ ambigua. In ambiguis. n. vtraqꝫ auditor rōnabilr ſeipm ītellexiſſe arbitraṫ: vt ſi qs dicat. audio grecos viciſſe troianos: vn⁹ pōt ītelligere ꝙ greci troianos vicerint: ali⁹ ꝙ troiani grecos. ⁊ hec vterqꝫ dicentis ipſius ſermonib⁹ rōnabiliter ītelligit. Cū aūt dico da mihi: qđ dare debeat: nullus ex ipſis ſermōibus rōnabiliter auditor ītelligit. Qđ enī ego nō dixi: ille potius ſuſpicabitur q̄ꝫ aliq̄ rōne id qđ a me ꝓlatū nō eſt: perſpicaciter videat. Tot igitur modis cū vocis diuiſio fiat: aut per ſignificantias aut ꝑ modū ſignificationū: aut ꝑ determinatiōes. In his que ſm ſignificantiā diuidūṫ: nō ſolū diuidēde ſunt ſignificationes: ſed ēt diuerſas res eſſe q̄ ſignificātur: diffinitiōe demōſtrandū ē. Ariſtoteles. n. hec ī topicis diligēter ꝑcepit: vt ī his q̄ dicunṫ bona: alia ſunt bona vt ea q̄ boni retinent qualitatē: alia que ipſa quidē a q̄litate nulla dicūṫ: ſed ꝙ bonā rē faciūt: iccirco bona dicunṫ. Oportet aūt maxime exercere hāc artem (vt ipſe Ariſtoteles ait) contra ſophiſticas īportunitates. Si. n. nulla ſubiecta ſit res quā ſignificat vox: ſignificatiua eē nō diciṫ. ſin vō vna res ſit quā ſignificat vox dī ſimplex. ꝙ ſi plures multiplex. i. mlṫa ſignificans. Diuidēda ergo hec recte ſūt: ne in aliquo ſilogiſmo capiamur. Sin vō āphibola oratio. i. ābigua ē euēit: vt aliquotiēs vtroqꝫ mō ſint poſſibilia q̄ ſignificātur: vt id qđ ſuꝑius dixi. potuit enī fieri vt greci vicerent troianos: ⁊ troiani grecos ſuperarēt. Sūt vō alia q̄ īpoſſibilia ſūt vt cū dico hominē comedere panē: ſignificat quidē ꝙ hō panē comedat. rurſus ꝙ panis hominē comedat: ſꝫ hoc īpoſſibile ē: ergo quotiēs ad cōtētionē veniṫ poſſibilia ⁊ īpoſſibilia diuidenda ſūt. Quotiens ad veritatē poſſibilia ſola dicēda īpoſſibilia relinquēda ſūt. ¶ Qm̄ vō plures ſꝫ ꝫēs plura ſignificātiū vocū ſunt dicendū eſt: ꝙ alie in particula multiplicitatis ſignificationē hñt: alie in tota oratiōe. Et eaꝝ q̄ in particula hñt: ꝑſ ipſa equiuoca diciṫ. Tota vō ipſa oratio ſm equocationē multiplex. Illa vō q̄ in oratione tota ſignificatōis multiplicitatē retinet ambigua nūcupaṫ. Diuidūṫ aūt ſignificationes equiuocaꝝ ſꝫ equiuocationē vnius ꝑticule orationū diffinitione. vt cū dico hō viuit ītelligiṫ: ⁊ verus ⁊ pictus. Diuidiṫ aūt hoc mō: aīal rōale mortale viuit: qđ verum ē. aīalis rationalis mortalis aſſimilatio viuit: qđ falſū ē. Diuidiṫ ēt qualibet actiōe q̄ determinet: vel generis vel caſus: vel alicuius articuli: vt cū dico: Cāna Romanoꝝ ſanguine ſorduit: ⁊ calamū demōſtrat ⁊ fluuiū ſed diuidimus quidē ſic articulo vt dicamus hic canna. Romanoꝝ ſāguine ſorduit: vel genere vt canna Romanoꝝ plen⁹ ſāguine fuit vel caſu: vel nūero. In illo enī tm̄ ſingularis: ī illo pluralis: ⁊ de alijs qdē eodē mō. Sūt aūt alia ſm accentum: alia ſm ortographiam. Scđm accentū vt pone: pone. Scđꝫ ortographiam: vt queror: ⁊ queror ab inquiſitione: ⁊ q̄rela. Et rurſus hec ſm ortographiā ipſā diuiduṅṫ: vel ſm actionē ⁊ paſſionē ꝙ queror ab inquiſitione paſſiuū ē q̄ror aūt a q̄rela agētis ē. ¶ Ambiguaꝝ vō orationū facienda ē diuiſio: aut per adiectionē: aut ꝑ diminutionē: aut ꝑ diuiſionē: aut ꝑ aliquā trāſmutationē: vt cū diciṫ: audio troianos viciſſe grecos ita dicamus. Audio ꝙ greci vicere troiāos. Hec. n. ambiguitas quolibet eoꝝ modo ſoluiṫ. Nō tñ ita diuidēda eſt oīs vocū ſignificatio tāq̄ꝫ generis ſignificatio. In genere. n. oēs ſpecies enūeranṫ. In ambiguitate vō tāte ſufficiūt: quante ad euꝫ ſermonē poſſunt eſſe vtiles quē alterutra nectit oratio. Ac de vocis qdē diuiſione ſufficienter dictū ē. Eſt aūt ⁊ de generis: totiuſqꝫ diuiſione ꝓpoſitum atqꝫ expeditū. Quare de oīb⁹ ſm ſe ꝑtitionibus diligentiſſime ꝑtractatū ē. Nūc āt de eis diuiſionibus dicemus: que per accidēs fuerit. Haꝝ aūt cōe ꝑceptū ē: qcqd ipſoꝝ diuidiṫ in oppoſita diſgregari: vt cū ſubiectū ī accñtia diuidim⁹ nō dicimus corporū alia ſūt alba: alia ſūt dulcia que oppoſita nō ſūt: ſꝫ corpoꝝ alia ſūt alba: alia ſūt nigra: alia neutra. Eodē quoqꝫ mō ī alijs ſm accñs diuiſionib⁹ diuidendū ē atqꝫ illud maxime perſpiciēdū ē: ne qd vltra dicaṫ: aut min⁹: ſicut fit ī generis diuiſiōe. Nō. n. oꝫ reliqui aliqđ accñs ex eadē oppoſitiōe: qđ ſubiecto illi ineſt quod nō in diuiſione dicatur. Neqꝫ vō addi aliquid qđ ſubiecto ineſſe nō poſſit. Poſterior quideꝫ peripatetice ſecta prudētie differētias diuiſionū diligentiſſima ratione ꝑſpexit: ⁊ per ſe diuiſioneꝫ ab ea que eſt ſm accidēs: ipſaſqꝫ inter ſe diſiunxit ac diſtribuit. Antiquiores aūt indifferenter: ⁊ accidente ꝓ genere: ⁊ accidentibus ꝓ ſpēb⁹ aut differētijs vtebantur. Vñ nobis ꝑopportuna vtilitas viſa ē: ⁊ communiōes haꝝ diuiſionū ꝓdere: ⁊ eas proprijs differētijs diſgregare. Et de diuiſione quidē oſ quātū ītroductiōis breuitas patiebaṫ: diligēter expreſſimus.

¶ Anicij